



HELVETIORVM
RESPUBLICA.

*DIVERSORVM
Autorum quorum nonnulli
nunc primum in lucem
prodeunt.*



Lugd. Bat.

Ex officina Elzeviriana.
Anno 1637.

Cum Privilegio.

p. s. f.



C O N T E N T A
hoc libello.

I.

B Revis Helvetia Geographica Descriptio, ex Francisci Guillimanno, Osvaldo Molitore, & aliis. Pag. 5

II.

Helvetia soli natura, ex Henrico Glareano, & aliis. 21

III.

De Fluviis aliquot Helvetiae. 24

IV.

Iosiaë Simleri de Republica Helvetiorum libri duo. 26

A 2

V. Da-

Danielis Heremitaë Belgæ de
 Helvetiorum, Ratorum, Se-
 dunensium situ, republica &
 moribus epistola ad D. Ferdi-
 nandum Gonzagam Mantua
 Ducis fil.

485



B R E V I S

H E L V E T I Æ

Geographica descriptio,

E Francisco Guillimanno; Osvaldo
 Molitore; & aliis.

HELVETIORVM vete-
 res limites nemo Iulio Cæ-
 sare melius circumscrip-
 sit. Ita enim de Orgetori-
 ge apud Helvetios, ea tem-
 pestate facile principe, ad capeſſendum
 Galliarum imperium populares inci-
 tante diſſerit: *Id hoc facilius, inquit, eis
 perſuaſit quod undique loci natura Hel-
 vetii contineantur: una ex parte flumi-
 ne Rheno latiffimo atque altiffimo, qui
 agrum Helvetium à Germanis dividit:
 altera ex parte Monte Iura altiffimo,
 qui eſt inter Sequanos & Helvetios:
 tertia lacu Lemano & fluvio Rhodano,
 qui provinciam noſtram ab Helvetiis
 dividit. Rhenus enim ex monte Adu-
 la, qui pars orientalis ſummarum Al-
 pium ſive S. Gothardi ortus primum
 curiam Rhætorum permensus, in la-
 cum deſcendit, qui Brigantinus & A-
 cronius hodie, vulgo de Boden See di-
 citur. Eum Conſtantiaë egreſſus tribus*

A ; paſ-

IV.

IOSIAE SIMLERI TIGVRINI

De

R E P V B L I C A
H E L V E T I O R V M*Liber primus.*

QUAM inter liberas respublicas, quæ non unius principis imperio reguntur, nostra ætate multorum iudicio post Veneretam primas partes teneat Helvetica, sæpe audiui externos homines querentes, quænam sit hujus reipub. forma ac ratio: quod illis mirum videretur tot populos fœdere facto in unam quasi civitatem ita brevi potuisse coalescere, & tot annis in eadem constanter & cõcorditer perdurare. Athenienses enim, quorũ in Græcia celeberrima fuit civitas, ex compluribus populis & oppidis à Theseo non tantum in unam civitatem, sed in unam quoque urbem collecti fuerunt. Achæorum autem resp. quæ duodecim constabat urbibus, neque diuturna, neque potens fuit, sed sub Arato & Philopœmene florès, brevi post in servitutem à Romanis, cum sua libertate abuteretur, redacta est. Israëlitarum resp. post Iosue mortem, sua

sua culpa crebris hostium direptionib⁹ exposita, divinitus quidem excitatis heroicis viris aliquoties liberata fuit, sed tandem ultro monarcham XII illi populi sibi elegerunt, suæ libertatis pertesi. Avorum autem memoria cum Friderico Augusto auctore & principe, Suevicæ urbes fœdus fecissent, magna initio apud omnes ejus fœderis fama fuit & opinio, verũ bello adversus Helvetios temere suscepto, & infeliciter gesto, multũ existimationi ejus decessit, quam tamen pulso duce VVirtembergico, & arcibus prædatorũ tota Suevia disjectis, recuperasse videbatur, nisi paulo post finito præscripto tempore fœderis, ita statim in diversum abiissent, ut quos ante hostium loco habuerant, iis ut amicis, & veteribus amicis & fœderatis hostium pene loco usi fuissent. Ita hominum memoria fœdus illud cœpit, & in nihilum abiit. Cæterum, Helvetiorum plures quidem sunt populi, & urbes paucæ, una nihilominus est civitas, una resp. De quo tamen à doctis dubitari video: existimant enim apud nos imperii nullam societatem & conjunctionẽ esse, ideoque unam rempubl. dici non posse: singulas enim civitates aliarum decretis non aliter obligari, quam si sponte assen-